CASSIODORUS

Südostdeutschland (?, nicht Salzburg), 2. Drittel 9. Jh. Seite 170v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38166
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quia ipsum perfidie nouit ultorem; hinc est quod homines
prohibentur iurare. quoniam propria possibilitate non ualent
promissa conplere; Si intrabunt in requiem meam; quem
locum doctor gentium explanat dicens. Et requie
uit deus in die septima ab omnibus operibus suis; Signi
ficat enim beatitudinis illius tempus. quando post ago
nem seculi istius. et nam requie perfruuntur;

CANTICUM DAUID QUANDO DOMUS AEDIFI
CABATUR POST CAPTIUITATEM; Ad litte
ram tempus illud significatur. cum a zoroba bel
post captiuitatem templum hierosolimitanum constat
esse reparatum. quod caldeorum manus destruxit; sed eum
spiritaliter exquiramus. destructa domus aedificatur.
quando anima post captiuitatem peccati ad intelle gen
tiam ueritatis coeperit remeare; domus enim ista
idem uniuersalis ecclesia in qua xpus inhabitat. quae uiuis
lapidibus semper extruitur. quia cotidie de confiten
tibus sumit augmentum; nec aedificari desinit. donec
usque in finem seculi predestinatorum numerus impleatur;

Cantate domino canticum nouum. cantate domino omnis
terra; propheta ammon et gentes ut canticum nouum
debeant edicere; Cantate enim domino canticum nouum.
qui uetere homine deposito per gratiam baptis
matis innouatur. et tunc de illo domus domini
aedificatur; per terram catholicam significauit ecclesiam.
que per cunctum orbem noscitur esse diffusa; Cantate domino
benedicite nomini eius; Ista repetitio ostendit quod